

1717.

1. ^{2.6} Bellmont, Phil. Franciscus: De iure puniendi prin-
cipem, in proprio, vel alterius territorio, delinquentem =
sem. 2. 8. sept.
2. Busch, Joannes Bartholomaeus: De sponsalibus et matrimo-
niis.
3. Eboracii, Iren. Cornelius: De arte interpretandi leges
civiles.
4. Eyselius, Ioan. Philippus: De Veronica, Grundsatz,
Ehrenpraeip.
5. Eyselius, Ioan. Philippus: Dea, quod De mortis
habitudinibus, a utriusque causis
6. Eyselius, Ioan. Philippus: De eo, quod medicamenta
simplicia compositis sint praeferenda.
7. Gomershausen, Joh. Valentinus: De bonis filiis oratorum
in aeternis.

[ZVHALLE]

8. Keiſerſch, Johann Michael: De jure legum
in concursu creditorum
9. Meier, Johann Henricus, Facult. jurid. decanus: (ad
Dissertationem in aug. Joh. Georgii Galii inserta)
10. Meier, Johann Henricus, Facult. jurid. decanus:
(ad Dissertationem in aug. Johannis Christiani Lindanii
inserta)
11. Meier, Johannes Henricus; De absentia
12. Meier, Joh. Henricus: De impuberum tutelis.
13. Meier, Joh. Henricus: De expensis executionum
Vulgo von Hilffs. Geldern.
14. Meier, Joh. Henricus: Dissertationis inauguralis
juridicae tres juris controversae quaestiones con-
tinentis:

15.^a Meier, Johann Henricus: De validitate dona-
tionis, quae facta uxori, in casu, quando viris,
postea lapsus est maritus, eaque a creditores
possidentur. 2 Bunde 1717 & 1737

16. Reinhardt, Tobias Jacobus: De reo, alimenta
et summas litis aetori suppeditante.

17.^a Stuecker, Conradus Wilhelmus: De utraque
jurisdictione suprema ecclesiastica et
saeculari. 2 Bunde

18. Tenzell, Emerus, Facult. juridicae Decanus l. b. v.
(ad dissertationem in ang. Johanni Cornelii Horvini
institat.)

19. Tenzell, Emerus, Facult. juridicae Decanus l. b. v.
(ad dissertationem in ang. Joh. Mich. Kersperckii
institat.)

[ZVRALE]

20. Tengell, Ernestus, Facult. juridical Decanus 1.6.3
(ad D's probationem inaus. Joh. Georgii Heyleri in-
vitat.)

21. Tengell, Ernestus, Facult. juridical Decanus. 1.6.3.
(ad D's probationem inaus. Johanni Christophori Senffii
invitat.)

22. Tengelius, Ernestus; De legum cognitione economica
utili et necessaria

23. Tengelius, Ernestus: De legitima juridica recitatione

24. Tengelius, Ernestus: Mulier obstans in causis
civilibus et his qui dem vel secularibus vel eccle-
siasticis, et criminatis.

25. Tengelius, Ernestus: De imperiis



26. Tengelius, Ernestus : De suffragiis eorumque conclusio.

27. ^{9. 6} Treiber, Joann. Philippus : Dissertationes juridicae,
in qua eandem dunc practicam : si fecisti, affir-
ma! . . . publicae Disquisitioni submittet. 2 Saem-
plura 1717 - 1736

28. Treiber, Joann. Philippus : De clausula eodocillari
testamento nunquam proficua.

IZVHALLEI



[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]







Præf. 19. num. 10.
1717, 13 114
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA;
DE

EXPENSIS EXECUTIONUM,

VULGO
von **Wulffs = Geldern /**

QVAM,
DIVINA CLEMENTIA,

EX CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ,
IN ILLUSTRİ ET PERANTIQUA ELECTO-
RALI UNIVERSITATE ERFURTENSI,
SUB PRÆSIDIO

DNI. JOHANNIS HENRICI

Meiers /

JCTI, ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARII, DECRETAL. PROF.
PUBL. FACULT. JURID. P. T. DECANI, SENIORIS ET JUDICII PRO-
VINCIALIS ASSESSORIS PRIMARII, ETC.

PATRONI SUI DEVENERANDI,

PRO LICENTIA,
SUMMOS, IN UTROOQUE JURE, HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA SOLENNITER
CONSEQVENDI,

PUBLICÆ ERUDITORUM DISCVISIONI SUBMITTIT
JOHANNES CHRISTIANUS LINDA

ASCANIENSIS,
IN AUDITORIO JCTORUM MAJORUM

DIE XXII. SEPTEMBRIS, MDCCXVII,
HORIS CONSUVETIS.



ERFORDIÆ, LITERIS JOH. HENRICI GROSCHMII, ACAD. TYPOGR.

17. 10. 1711

DISPUTATIO IN UTROQUE JURISDIC.

EXECUTIONUM EXPERIENSIS

DNI JOHANNIS HENRICI

EX CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI SACRATISSIMI
IN ALBERTI RERANOVENSIS
UNIVERSITATIS
SUB PRÆSIDI

DNI JOHANNIS HENRICI

PRO LICENTIA
SUMMUS ET UTROQUE JURIS DOCTOR

ET THEOLOGIAE DOCTORIS SOCIUS

JOHANNIS CHRISTIANUS LINDNER

IN JURISDIC. SACR. ET CIV. M. P. S.

ASSAHLIA, NACH JOH. HENRICH O. S. P. A. M. T. P. S.



REIPUBLICÆ ASCANIENSIS
PROGERIBUS,

AMPLISSIMIS, NOBILISSIMIS,
CONSULTISSIMIS DOMINIS,

DOMINIS
CONSULIBUS,
URBI PRÆFECTIS,
PRÆTORIBUS,
SYNDICO,
CAMERARIIS,
ÆDILIBUS
ET SECRETARIO,

*Dominis Patronis, Fautoribus, Pro-
motoribus atque Amicis suis,*

Debito observantiæ cultu æternum
prosequendis;

Ut

Ut &
V I R O
PRÆNOBILI, CONSULTISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO

D O M I N O,
DNO. JACOBO
FISCHERO,

Jcto Celeberimo,
Per-Illustris & Generosi Domini Liberi Baro-
nis de Knieg, Consiliario;

Similiter &
NOBILISSIMO, DOCTISSIMO
AC CLARISSIMO

DNO. ANDREÆ
ALBERTO
LINDAVIO,

Republ. Afcan. Camerario Superiori,
Dominis Parentibus suis aeternum honorandis;

Disputationem hanc,
Ea qua par est animi submissione ac observantia,

Consecrat

AUTOR ET RESPONDENS.



Q. D. B. V.

PROŒMIUM.



*S*ententiam in rem judicatam transactam, executioni mandandam esse, nemo negabit; iniquissimum enim foret, judicium elusorium reddere, & aliquem jure suo defraudare. Victor enim post litem finitam effectum Victoriae percipiat, æquum & justum est, si enim executio ei denegatur, sententia nec quicquam utilitatis haberet, L. 32. C. de Transact. L. 3. C. de Exec. rei jud. Martin. ad Pr. Sax. tit. 29. ad rubr. num. 1. Et campana absque pistillo, aut lyra sine chorda similis esset; ut dicit Nic. in pr. Pr. Sax. p. 3. c. 1. num. 1. sine executione enim omnis causæ cognitio ac dijudicatio esset elusoria & ipsa judicia fierent inania, frivola & ludicra exercitia, & ineptæ *enigma*, ab omni juris fundamento alienæ, ut inquit Carpzov. in tr. Asyl. debit. ad incit. reduct. cap. 3. th. 13. num. 29 seq. Non tamen exinde sequitur, ut ab executione incipere debeamus, L. 1. C. de exec. rei jud. L. si cum nullus 58 ff. de R. Jud. & quamvis executio pars processus non sit, finis tamen ejus esse debet,

A 3

ne

ne parum auctoritatis Magistratui detraberetur, & quisque suo destituatur, neglecta enim executione, jura quoque negliguntur, Bernh. Græv. lib. 1. concl. 113. num. 1. Et valde impingeretur in justitiam, quæ suum cuique tribuere jubet, § 3. J. d. Just. & J. quin imo, æquitas ipsa executionem efflagitat, cui Principes, Legislatores æque ac Judices sunt obstricti, L. in omnibus 90 ff. de R. J. L. 8. ff. de Judic. nec auctoritate suâ aliud ponere valent, si alias officium suum, rectè & laudabiliter expedire velint, Gail. lib. 2. Observ. 6. Bodin. l. 1. c. 8. de Republ. Pro executione autem peragenda jure meritoque Judici executori pecunia quedam solvenda, quæ vulgò vocatur, Hülffs. Geld. Berlich p. 1. concl. 82. num. 47. justum enim est, ut consequatur stipendium, qui suum commodat obsequium atque officium, Carpzov. P. 3. d. 18. C. 28. num. 12. De hac ipsa pecuniâ executionis, tanquam de materia in foro quidem trita, sed, quantum mihi constat, à nullo hactenus peculiariter tractatâ, in presenti Disputatione Inaugurali quedam pro ingenii modulo proferre necum constitui.

Th. I.



Mnia debere fieri ^{narratâ in ngr. exar. 1000. 1000.} testis est ipsa Scriptura, nam ordine non servato, certissima sequitur confusio, Schöpff. tr. de jur. briaxand. in proem. num. 17. & P. 1. c. 4. num. 17. Sic primùm explicabimus definitionem nominalem, deinde realem, postea exempla, atque quæstiones subjiciuntur.

Th. II.

Expensæ à verbo expendo, ortum suum traxisse, apparet.

apparet ex Vosio in *Etymol. lingv. lat.* Et sumuntur ista vel generaliter, pro quibuscunque erogationibus Judicii causâ factis, vel specialiter profumtibus, quos reus actori, vel Judici subministrare debet, in hodiernis Judiciis maximè usitatis, vocantur quoque expensæ, impensæ, sumtus, sportulæ nihilque sunt aliud, quàm pro lite debita, aut executione soluta pecunia; de quibus expensis in nostrâ Disputatione agatur.

Th. III.

Executio originem habet, à verbo exequi quod varias in jure admittit significationes, quandoque enim denotat vindicationem aliquam, uti invenitur in *L. 8. C. de his qui accus. possunt.* Quandoque sumitur pro ultione, uti patet ex *§. ult. J. de his qui sunt sui vel alicu. jur.* Quandoque pro petitione & exactione rei alicujus promissæ, *L. 66. §. 8r. pr. & L. 132. in fin. ff. de verb. obligat.* Quandoque pro pœnâ, quæ reo per sententiam damnato infligenda venit, quandoque pro actu judiciario, quo victus cogitur per judicem ejusvè ministros ad id, quod in sententia pronunciatum victori præstare, vulgò dicitur *die Sülffe* *Sruv.* *S. J. C. Exerc. 44. th. 17.* quæ significatio est hujus loci.

Th. IV.

Nunc ad definitionem realem deveniendum est; per definitionem enim cognoscimus rerum quantitates, substantias, qualitates & accidentia. *Bær. De-af. 105. num. 8.* Cum verò omnis definitio in Jure sit periculosa, *L. 202. ff. de R. J. dum Jcti non tam simulatam*

latam, quam veram Philosophiam sectantur, *L. 1. ff. de J. & J.* hinc regulis Logicorum exactis sese non adeo obstringunt, nec Legistæ delectantur verbis, sed rerum exitus ponderant, *L. 1. ff. si quis jus dic. non obtemp.* Sic verò describi potest pecunia executionis, quod sit salarium illorum, qui in causis civilibus executionem peragunt, pro labore & industriâ à superiore constituta, *Mart. Proc. Sax. tit. 39. n. 10. Carpzov. Proc. tit. 24. art. 1. n. 78.*

Th. V.

Ex descriptione colligitur, differentiam hîc esse faciendam, inter causas civiles & criminales, nam in illis vocantur hæc expensæ *Nülffs-Gelder*; in his verò, vulgò *Stenckers Gelder / Executios-Gebühren / Abzug* de quibus *Adr. Beier in tr. de expens. rerum criminal.* De his posterioris generis non immeritò quæritur, quis solvere teneatur? & resp. si reus non habet unde solvi possunt, regulariter Magistratus ferre tenetur; hic enim omnes fructus & commoda jurisdictionis percipit, ergo quoque incommoda in se suscipere tenetur; hanc igitur ob causam hereditates illorum recipit, qui sine herede decedunt, atque alia confiscata bona sibi vindicat; Nisi consuetudine aliter introductum sit, ubi ad eas præstandas adstringuntur subditi, cui meritò insistendum. Sunt tamen casus ubi nequidem subditi stante sic consuetudine sunt obligati ad illas erogandas, v. gr. si delinquens ad mortem fuit condemnatus, sed in carcere moriatur, *Carpzov. Pr. Cr. p. 3. qv. 138. num. 31.* aut sibi ipsi

ipsi manus violentas intulerit, idem *d. l. num. 80. Heig. l. 2. qu. 20. Dn. Lyncker Decis. 689.* Hic se offert casus, si subditi ad expensas criminales sunt obstricti, num etiam ad illas, quæ in executionem impenduntur, Resp. Neg. per *Dn. Lynck. Dec. 789.*

Th. VI.

Exferit se ex præcedenti Th. nunc alius casus: Titius venator, occidendo aprum, hominem errore interfecit, per sententiam autem, quia animum occidendi non habuit, purè absolvitur, quæritur, an subditi expensas in inquisitione erogatas, solvereteneantur? Videtur quidem quod sic, quia crimen homicidii regulariter morte punitur, delinquens autem si ve punitur morte si ve pœna corporis aliqua afflictiva, subditi expensas ferre debent; quia tamen reus purè fuit absolutus & ideo nec dici potest, quod pœnâ affectus sit, subditi ergo a sumtibus liberantur.

Th. VII.

De his dicta sufficiant; nunc revertimur ad nostram materiam, nempe ad pecuniam executionis in causis civilibus solvendam, vulgò *Hülffs. Gelder* / de quibus præjudicialis quæstio moveri potest, an solutio hujus pecuniæ in naturali æquitate & jure communi sit fundata? Resp. Neg. sed per observantiam in Foro Sax. est introducta, *Berger. ad O. P. S. tit. 39. Observ. 6. num. 1106. Carpzov. P. 3. Dec. 276. num. 3. & in tr. Absl. deb. c. 4. pos. 78. num. 402.* Annon igitur illa potius sit abroganda? vid. *Berger. O. P. S. Observ. 6. tit. 39.*

B

Th. IIX.

Th. II X.

In Descriptione hujus pecuniæ assertum fuit, quod sit solvenda Judicio & Executoribus, facile inde colligendum, illam esse duplicem, vel Generalem, Hülff-Geld insgemein/quam accipiunt Executores, & quæ ad Fiscum pertinet, & specialem welches die Gerichts-Herrn bekommen/sive quam accipiunt Officiales, *Martin. in P. S. tit. 29. num. 9.* Pecunia ad Fiscum spectans, welches die Obrigkeit bekommt/ consuetudine Provinciarum magis quam certa lege introducta, *Carppz. P. 3. Dec. 276. num. 3. Assl. debit. th. 75. § 78. n. 402.*

Th. IX.

Quantitas hujus pecuniæ pariter ex consuetudine cujusvis loci & Judicii dependet, Pecuniam quam Domini Jurisdictionis accipiunt, in nonnullis locis solet esse quinque, vel etiam decem pro centum. In Franconia minus usitati sunt hi sumtus, quam in Saxonia *Wehn. Pract. Observ. voc. Hülff-Geld.* In Distractu Thuringiæ penduntur de singulis centenis pro Executione 5 floreni, & deputato Executori 5. grossi argentei; Actuarius verò pro præfinitione termini ad Executionem unus grossus, & denique pro taxatione bonorum in vim pignoris captorum, quinque grossi, & iterum totidem argentei pro immisione solvuntur. Præterea singulis Scabinis, qui in quolibet termino adhibentur, unus grossus adjudicatur, nuncio autem publico pro singulis citationibus 16. nummi, numerantur, pro ut ex *Confl. Sax. 14.* videre licet. *Wehn. Pract. Obs. voc. Hülff-Geld.*

Th. X.

Th. X.

In Ducatu Magdeburgico & Halberstadiensis Principatu pro singulis tricenis solvitur thalerus, vel florenus *Ord. Proc. c. 22. pag. 73.* Mit den Hülff-Geldern bleibet es bey dem herkommen. *S.* Daß von 30. Rthln oder fl. 1. Rthl. oder fl. und also von 100. Rthl. oder fl. 3. Rthl. 8. gr. oder 3. fl. 7. gr. und nicht drüber / oder mehr gefordert werde.

Th. XI.

Ne autem in quantitate excedant, boni Principes, Constitutionibus subinde præcaverunt, ne quantitas expensarum sit indefinita & immoderata. Sic Jure Civili & hodierno certa regula de expensarum modo ac quantitate exhiberi non potest, cum illæ, pro diversitate personarum, rerum, Judiciorum ac Regnorum sunt variæ.

Th. XII.

Sed quia pecunia hæc à Quæstoribus Superiorum nomine postulantur, pro valore bonorum: quæritur propterea, secundum quem valorem pecunia sit solvenda, an secundum debitum, ob quod executio facta, an secundum valorem licitationis? Resp. Secundum hunc, cum *Carpzov. P. 3. Decis. 276. num. 21. Nicol. pr. P. 3. c. 10. n. 28. Martini O. P. S. tit. 39.*

Th. XIII.

Pecunia, quæ scilicet Dominis Jurisdictionalibus debetur, non prius solvenda, nisi omnibus actibus executionis peractis. *Martin. Proc. tit. 39. num. 15. Berger. O. P. S. Observ. 6. Carpzov. P. 3. Dec. 276. num. 5.*

¶ Asyl. debit. pos. 78. n. 413. et si ante actum executionis sit soluta, executione vero non secuta, repeti potest, per conditionem indebiti, Mandat Elect. Sax. sub dato Dresden de ad 1643. Ordin. Torgov. de ad 1583. tit. von Feilbiethen. Idem obtinet in Provinc. Vinar. ut in Ordin. tit. 23. S. ult.
 Wenn in den Aemtern / oder Städten Hülfß-Geld erleget wird / aber die Hülfße / Immission und Würderung würcklich nicht ergeheth / so soll das erlegte Geld dem Parth wieder gegeben werden. In Foro Magdeburgico werden die Hülfß-Gelder nicht eher / biß die Traditio geschehen / exigiret / *Proc. Ord. c. 46. S. 5. In Ordinari. Jud. Essfurt. tit. 30. § seqq.* hac de re ita cautum : Wann einer ausgelaget worden / und von selbstem dem Judicato nicht pariret / wird umb die Execution und Annehmung der Hülfßs-Gelder gebethen / worauf sub termino legali quaterdena dem Beklagten die Auflage geschiehet / dem Judicato seyn Genügen zu leisten ; pariret Er so dann noch nicht / so werden auf aberahliges Anhalten des Klägers die Hülfßs-Gelder von jeden Rthlr. 1. gr. 6. pf. erleget / und der Hülfßs-Schein darauf ausgefertiget ; findet nun der Debitor binnen legalischer Frist sich mit den Kläger noch nicht ab / so ergeheth auf dessen Anhalten die Immissio, und wird darbey von jeden Stücke / in welche Sie geschiehet / dem Bogte / Scabinis, Actuario und Pedellis, wann solche in der Stadt verrichtet wird / 1. Rthlr. 18. gr. ausserhalb der Stadt aber 2. Rthlr. 15. gr. bezahlet / und bey der Taxation gehet es eben also her ; von der Adjudication aber bekommen dieselben 1. Rthlr. 18. gr. welches sie unter sich theilen. Es wird aber das Hülfß-Geld nur von blossen Schuld-Sachen und dem Haupt

Haupt-Stuhle / oder Capital, nicht aber von Unkosten / Zinsen / oder Interessen / und andern ausgeklagten Sachen erlegt / und in so weit die Hülffe würcklich erget / daher wenn Creditor nicht völlig bezahlet werden kan / und doch auf die ganze Summa des Haupt-Stuhls die Hülffs-Gelder erlegt hat / so werden Ihn solche pro rata wieder heraus gegeben; vergleicht Er sich aber nach erlegten Hülffs-Geldern mit seinen Debitore, also daß die Hülffe nicht nötig ist und alle Actus Executionis nicht ergehen dürfen / so bekommt der Implorant zwar die Gebühren / so wegen ein- oder des andern Actus Executivi bezahlet worden / nicht wieder / mit den Hülffs-Geldern aber wird es also gehalten: Hat der Implorant darumb sich verglichen / weil Er gesehen / daß Ihn nicht wohl geholffen werden können / so bekömmet Er solche auch wieder; hat Er aber durch die Hülffe gar wohl zu seiner Bezahlung gelangen mögen / und sich doch ex benevolentia verglichen / so werden Ihn keine Hülffs-Gelder restituiret / so aber sehr hart ist. Es werden auch bey der Hülffe zugleich sowohl die vorher adjudicirte / als auch die nachgehends durante executione ergangene Judicial Expensen / Hülffs-Gebühren und Hülffs-Gelder mit exequitret / sic si unus actus executionis, v. gr. vel Immissio; taxatio &c. facta, sportulæ Judici, seu executoribus sunt solvendæ, nec repeti possunt, *Mart. d. l. num. 17. Berger. Observ. 6.*

Th. XIV.

Non debetur, si Judex nulliter procedit, executionis modum negligendo, v. gr. si subhaftationem ante taxationem instituit, *Rivin. O. P. S. tit. 36. Enunc. Depior*

17. *Berger. observ. 6. num. 2.* Et licet Executores duos, vel plures actus simul expediant, tamen pro unico saltem termino, expensæ illis debentur, *Carpzov. Proc. tit. 25. art. 3. num. 25. Swendend. ad Fibig. p. 947.* pronunciando Auf &c. es seynd auch Richter und Schöppen mit denjenigen Gebühren / welche sonst wegen eines Executionis Actus gegeben werden / sich begnügen zulassen/schuldig. Nec peti possunt antè, vel post primum executionis actum, sed post ultimum demum. uno ergo deficiente expensæ executoriales exigi nequeunt, *Carpzov. P. 1. Decis. 276.* Quid autem tentiendum, wann cum consensu partium die Execution und Inmision zugleich geschieht / ob so dann der Judex von beyden Actibus die Gebühren fordern könne? *Resp. Neg. Schwend. ad Fibig. c. 2. num. Eisenach. Proc. Ordn. tit. 27. §. 4.*

Th. XV.

Si autem executio peragenda sit non in loco, ubi lis cœpta, sed ubi res litigiosa sita, dantur Hülfss. Brieffe / de quibus *Rudinger Cent. 2. observ. 100. Wehner observ. Praß. Churfürstl. Sächf. Proc. Ordn. tit. 39.* tunc quæritur, quis pecuniam hanc accipere debet? *Resp. Puto,* ille Judex, qui executionem peragit, und kan dieser kein höher Hülfss. Geld/als da gebräuchlich fodern / obgleich in loco Judicii, wo der Process geführt / ein mehrs gebräuchlich / *Swendend. ad Fibig. p. 948.*

Th. XVI.

Pecunia à Creditoribus quidem exsolvitur, sed à Debitoribus merito repetitur ac ad summam debiti con putatur, der Creditor muß die Gelder vorschießen/der Debitor

Debitor aber wieder ersetzen / *Specul. tit. de Expens. §. ult. num. 21. Carpzov. Aysl. debit. num. 407. Nicol. Proc. P. 3. c. 10. num. 28. Nisi Debitores sint calamitosi d. Carpzov. Aysl. debit. c. 4. pos. 78. num. 400. Nec Judex tenetur executionem facere, ehe die Hülfss. Gelder erleget / quia executio gratis fieri non solet, Berlich. p. 1. c. 82. Nicol. p. 3. s. 10. num. 25.*

Th. XVII.

In Concurſu Creditorum, ſi bona Debitoris nō ſufficiant, Creditores de ſuo ſolvere tenentur; quod ſi verō unus Creditorum nihil accipiat, an is etiam quotam conferre tenetur? Reſp. Neg. & ſi ſolverit per conditionem indebiti repetere poteſt, *Martin. ad O.P.S. tit. 39.* Ob nun nicht billiger/daß ſolche Hülfss. Gelder von denen Creditoribus vielmehr / als Debitoribus abzuffatten ſeynd / problema eſto, *vid. Berg. obſerv. 6.* Pecunia executionis in Concurſu Creditorum, cum tributis & & ſumtibus in una claſſe ponitur, *Carpzov. P. 1. c. 28. def. 50. Aysl. debit. th. 78. num. 417.*

Th. XIV.

Quia ſuprà dictum & traditum fuit, quod creditori debitor pecunias executionis refundere teneatur, ſi hoc detrectet, aut moroſus ſit, quæritur, quibus remediis compelli poſſit? Jure quidem non cautum eſt, quo genere actionis contra illum experiendum ſit ad conſequendam expenſarum præſtationem, ceſſat quoque hic officium Judicis mercenarium, quod actionibus tantum inſervit, quia tamen mora unicuique ſua, non alteri nocere debet, datur Imploratio

Officii

Officii Judicis adeo ut executio harum absque novo processu in executione causæ principalis simul, procedat. Referrî huc quoque potest pro Actuarius retentione Actorum, quæ prius non tenetur, nisi satisfactum sit, extrahere:

Th. XIX.

Hæc itaque sunt, quæ de expensis executionum in Judiciis valde usitatis ob penuriam temporis brevissimis differere volui, quæ omnia fufus exponi potuissent, si non ex variis causis mihi festinandum fuisset. Quod superest DEO Optimo Maximo pro concessis viribus, gratias in mortales persolvo. Interim valeat benevolus Lector & faveat.


FINIS.





Expendens Expensa fori LINDAVTUS,
ista
Monstrat, defendit, explicat egregie.
Fortunet DEUS, & summos TIBI gradus ho-
noris
Conferat alma Themis, sisque Decus Pa-
trie!

P R Æ S E S.



(*)

Euge! moderamina
Piscatoris filia,
requiescit:
Quis non nescit?
Sub rorata tilia.

C

(**)

(**)

Nata est ex cinere

Viva, probo genere,
aptabatur,
coronatur;

Dignitatis munere.

(***)

De expensis disputat,

Qui conjugium amat,
cum *Sophia*
blanda, chara,

Nemo plus examinat.

(****)

Grator, Gradus aditum,

Dabit muneri futurum,

(ad majora,

quando hora,

Veniet in commodum.

*Hic Ritibus Domino Doctorando
Ascaniensi Cujati cecinit*

CHRISTIAN VALENTIN Fleischbauer/
J. U. D. & Adv.

Da

Da Er bishero nie den Fleiß und
Müß geschont/

Um seine Wissenschaft in Rechten
zu vermehren/

Wird von der Themis Ihm dasselbige
belohnt:

Drum gratulire ich zu solchen neuen
Ehren!

In Eyl setze dieses wenige/
dem Herrn Doctorando
seine Ergebenheit zu be-
zeigen/

D. Friedrich Nuthon
Hallenhorst/

Opponens,

Præbuit

Prebuit Ascania insignis natalia primum.
Postea doctrinam tradidit Halla TIBI.
Nunc confert Erphordia Summos Juris Ho-
nores,
Est finis Sophia: Gratulor ergo TIBI!

Ita Nobilissimo Domino Doctorando
ex prolixiori sinceri voti & animi
affectu applaudere seque commen-
dare voluit

CHRISTOPHORUS Brüheim/

LL. Cult. & Not. P. C.
Oppon.



Erfurt, Diss., 1717




f

TA-70L

nur 2 u. 4 bisher verknüpft







DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA;
DE

**EXPENSIS
EXECUTIONUM,**

Pr. 19. num. 10.
1717, 13 *14*
VULGO
von **Bulffs = Geldern /**

2460
QVAM,
DIVINA CLEMENTIA,
EX CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ,
IN ILLUSTRIS ET PERANTIQUA ELECTO-
RALI UNIVERSITATE ERFURTENSI,
SUB PRÆSIDIO
DNI. JOHANNIS HENRICI

Meiers /

JCTI, ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARII, DECRETAL. PROF.
PUBL. FACULT. JURID. P. T. DECANI, SENIORIS ET JUDICII PRO-
VINCIALIS ASSESSORIS PRIMARII, ETC.

PATRONI SUI DEVENERANDI,

PRO LICENTIA,
SUMMOS, IN UTROQUE JURE, HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA SOLENNITER
CONSEQUENDI,

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTI
JOHANNES CHRISTIANUS LINDA
ASCANIENSIS,
IN AUDITORIO JCTORUM MAJORUM
DIE XXII. SEPTEMBRIS, MDCCXVII,
HORIS CONSUVETIS.

ERFORDIÆ, LITERIS JOH. HENRICI GROSCHII, Acad. TYPOGR.